
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Litaniarum
Publicarum
juſſu
Reverendiſsimi &

ILLUSTRISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI JOHANNIS
ADOLPHI in Ducatibus
Sclesvic. & Holſat. conſilio
optimo
piiſsimo
ad diem ☿. ♃. ♀. ante Domini-
cam Rogationum hoc eſt
9. 10. 11. Maji
inſtitutarum
diatypoſis
quoad
Conciones fideliter meditandas,
Precationes ſuppliciter ingemi-
nandas,
Lectiones attentè recitandas,
Cantiones devotè decantandas.

SLESVIGÆ,
MDCIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

WEn du nicht gehorchen wirſt der ſtim-
men des HErrn deines Gottes/das du
halteſt vnd thuſt alle ſeine Gebott vnd rechte/
die ich dir heute gebiete: So wird er dir die
Sterbdrüſe anhengen/ biß das er dich ver-
tilge in dem Lande/ dahin du komeſt daſſel-
bige ein zunemen.

Delineatio diſpoſitionis.

Dies omnes & ſinguli totius vitæ
piorum dies eſſe debent rogationum.

Eſt tamen vehementer probandum
pii magiſtratus inſtitutū annuum cer-
tos dies ſtudio iſti peculiariter conſe-
crantis.

Idq; multis & magnis ex cauſſis.

Sint ſane qui hoc conſilium rideant,
aut ſaltem non magnifaciant: ſint qui
rem hanc leviter curent, ſint qui alia
interim tractent, ſint qui de more
tantum hos dies frequentent:

Sunt tamen certè etjam pii aliqui,
quibus negocium hoc cordi eſt & cu-
ræ, ut ſerio ad ſacras conciones at-
ten-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tendant, in præſentia tempora oculos intendant, nec animum ad alia diſtendant, ſed totos ſe ad hoc quod agitur protendant, & verâ pœnitentiâ in nomine Chriſti peccatorũ condonationem & malorum mitigationem à Deo contendant.

In hoc ordine ſinguli ut ſimus, etjam atq; etjam operam demus.

Conciones horum dierum quod attinet, erunt illæ maximâ parte ejusmodi quæ de lue peſtilentiali utiliter nos commoneant.

Neq; id abs re.

Cum enim proximis annis paſsim conſpexerimus etjam in hiſce regionibus Dei ter maximi immittentis nobis hoc flagellum, & judicium in caſtigatione, & miſericordiam in mitigatione: merito de utroq; audimus, nec tanquam cæci præterimus.

Vide autem & agnoſce comminationum ſuperiorum annorum concionibus ex Ezechiele, Amos &c. propoſitarum veritatem, Tum de aliis pœnis, tum de peſte.

Quod cum ita ſit, conſultum fuerit prolixius aliquanto hac de re erudiri.

Hac homiliâ verba prælecta Moſis attentâ conſideratione expendemus, in quibus comminatio eſt de immittenda ob inobœdientiam peſte ad populi exterminationem.

Primum Caput.

Et primo quidem notandum, quis ille ſit, cujus autoritate Moſes hæc loquatur, cujus nomine peſtem denunciet, nimirum des HErrn deines Gottes.

Ponderate voces: Der HErr dein Gott.

Habet igitur peſtis autorem Deum. Is eam hominibus infligit.

Certa eſt hæc theſis.

1. Ex ſcripturæ teſtimoniis plurimis.

Levit. 26. Num. 14. Jerem. 21.

Audis loquentem Dominum Deum.

2. Ex ſcripturæ Exemplis indubitatis.

Num. 21. Num. 26. Amos 4.

3. Ex piorum experientiâ.

Conſiderans enim mali hujus immiſſionem, propagationem, coercitio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tionem, mitigationem, autorem Deum facile agnoſcet, nec cauſsis ſecundis omnia aſſcribet.

Uſus. 1. doctrina. Ita de lue hac ſentiamus, ita ſtatuamus, ita loquamur, ita alios inſtruamus, perpetuo ad verum ejus autorem reſpicientes.

Utitur is interdum mediis ordinariis: interdum abſq; iis eam immittit.

2. Admonitio. Quid faciendum, ſi immineat, ſi ſe oſtendat, ſi adſit, noſq; premat? Ad autorem confugiamus: illi conciliatis omnia tuta.

Si qui ab ea immunes extiterunt, miſericordiam Dei agnoſcant, illiq; gratias agant.

3. Conſolatio pro converſis: Non regitur peſtis à Diabolo, nec tantum curſu naturæ:

Sed conſilio Domini, qui poteſt, ſed Dei, & quidem noſtri, qui vult, noſtri rationem habere.

4. Præmonitio, ne flagellum hoc impiè elevemus, nec aliis cauſsis perversè tribuamus, ſed iram Dei piè metuamus.

Dominus enim eſt cujus pœnam effugere, cujus manui reſiſtere nulla creatura poteſt.

Secundum.

Quomodo vero, & quando, & quare impellitur Deus ad immittendum hoc malum?

Reſp. Moſes: Wen du nicht gehorchen wirſt der ſtimme des HErrn deines Gottes/ das du halteſt vnd thuſt alle ſeine Gebott vnd rechte / die ich dir heute gebiete.

Nos ergo ſinguli Deum impellimus mit nicht gehorchen/ nicht halten nicht thun/ etc.

Nota & expende.

1. Er iſt der HErr vnſer Gott.

Habet ergo in nos jus mandandi, vetandi &c.

2. Er hat vns gegeben

1. ſeine ſtimme locutus cum genere humano.
2. ſeine gebott jubens, interdicens &c.
3. ſeine rechte / quid rectum quid pravum.

3. Illi voci ſolten wir gehorchen: illa mandata ſolten wir thun; die rechte ſolten wir

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

wir halten : non tantum quædam ad placitum, ſed omnia.

4. Id non fit. Wir gehorchen nicht etc. Wir thun nicht etc. Wir halten nicht etc.

5. Ea ergo res Deum promovet &c.

Hoc dicta probant.

Jer. 34. Ezech. 14. Ezech. 33.

Huc ſupra recitata.

Hoc exempla demonſtrant.

Num. 25. 2. Sam. 24.

Præter ſuperiora.

Uſus. 1. Statuamus vere hanc eſſe cauſſam Principalem peſtis, nec ad alia reſpiciamus, nec murmuremus adverſus meritas pœnas.

2. Agnoſcamus ex animo, quam fœda res ſit peccatum, quam coram Deo abominabile, nicht gehorchen/ nicht thun / nicht halten etc.

Deſcendamus ad nos ipſos, conſiderantes ſinguli in ſpecie, quomodo hæc verba in nos quadrent.

3. Deploremus corruptionem noſtram, quod eo ſtatus noſter devenerit, das wir von vns ſelbſt nicht anders kün-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

nen / dan nicht gehorchen / nicht halten / nicht thun etc.

4. Cupientes 1. immunitatem ab immittendo hoc malo, ſollen wir gehorchen / halten / thun etc.

2. Liberationem ab immiſſo, agamus pœnitentiam, doleamus quod non &c. reſpiciamus ad Chriſtum, qui &c. ut nos &c.

Quo facto pergamus ad media legitima: generalia, particularia, præſervationis, curationis &c.

Tertium.

Quid itaq; ſtatuit Dominus Deus noſter de nobis, Wan wir nicht gehorchen / halten / thun? Quale eſt malum hoc, quod nobis comminatur?

R. So wird er dir die Sterbdrůſe anhengen.

Periphraſis eſt infectionis peſtilentialis ſeu immiſsionis luis illius vehementiſsimæ.

Duæ ſunt voces probè notandæ.

Prior vox. Sterbdrůſe atrocitatem, vehementiam, naturam, ſymptomata & effectum peſtis ob oculos ponit.

Sterb.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Sterb. Affert periculum ſummum, & quidem moriendi neceſsitatem, niſi gratia Dei ſuccurrat.

Huc pertinent hiſtoriæ tum ſacræ tum profanæ, quibus narratur multas ſæpe myriadas violentiâ peſtis ſublatas.

Idq; brevi temporis ſpacio.

Nos ex atrocitate hujus mali gravitatem iræ Dei adverſus peccatum metiamur, vigilemus quotidie, pœnitentes & orantes, noſq; paremus, ſi &c.

Drůſe. Hic conſiderentur omnia illa quæ in peſte laborantibus occurrunt. Eo enim hæc vox nos deducit.

Qualia ſunt: **Kelte / hitze / heuptwehe / vnruhe / wahnſin / hertzen angſt / ohnmacht / grauwen vnd ſchwermůtigkeit / böſer geruch des mundes / ſchwartze ſcharffe Zunge / důrre / důrſt / geſchwur / ſchwulſt / drůſe etc.**

Quæ omnia plurimorum peccatorum naturam referunt, atq; eo pulchrè reduci poſſunt.

Altera vox. **Anhengen** / adjunget.

Expendatur ea diligenter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Gott henget dem Menſchen die Peſt an ac ſi quis aliquid alicui affigat, wan man jemand kletten anhengt/ an die Kleider/ in die Haar etc.

Vide quam facile hoc ſit Deo. Non opus longâ morâ.

Conſule experientiam quam ſubito & præter omnem opinionem homo inficiatur, quam cito penetret venenum ad & per totum hominem.

Tam facile Deo etjam eſt auferre, oder wider abhengen / abnemen etc.

Utrumq; rectè uſurpa.

Quartum.

Wo hin iſt dan ſolches gemeint? wie lang ſol es weren? wie weit ſol ſich das vnglück ſtrecken?

Reſp. biß das er dich vertilge in dem land dahin du kommeſt / daſſelb einzunemen.

Ea eſt iræ divinæ gravitas, ut planè minetur deletionem, extirpationem, panolethrian.

Loquitur de impœnitentibus.

Converſionis enim exceptio in comminationibus ſemper ſubintelligenda.

Im-

Impœnitentibus igitur internecionem propoſitam vides.

Gott wil nicht auffhören / biß das er gantze Völcker vertilge.

Conſidera multitudinem populi Iſraëlitici cui hæc Deus minatur.

Durantibu peccatis durant & continuantur etjam pœnæ.

Ira Dei ſuccenſa ſemel ad exterminationem uſq; in delinquentes graſſatur.

Nec obſtat gentis magnitudo aut populi multitudo.

Ne quidem populi Dei.

Arrigamus aures & corda.

Addit: In dem land dahin du kommeſt daſſelb einzunemen.

Quæ, qualis, quanta illa terra?

1. Divinitus data. Nota voces hic poſitas. Tenebant ergo eam bono titulo. Et tamen minatur &c.

Ergo was Gott gibt / kan er wider nemen: ſetzet er jeman ein: er ſetzt jhn wider aus: vermehret er jemand: er kan jhn verringern: beſtetiget er einen: er kan jhn vertilgen.

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Quid de injuſtè poſsidentibus? vide nos, noſtros, noſtra. Landt/ Stett/ dörffer / heuſer etc.

2. Ooptima, fertilis, delicata &c. Illo tamen non obſtante, Deus poteſt vertilgen.

3. Habens munitiones, præſidia, media, remedia, &c. Das hilfft alles nicht / wan GOtt vertilgen wil / peſte aliisq; malis.

Flectant hæc corda noſtra, ferocia, pervicacia, tumultuantia, adamante duriora.

Flectant, inquam, ad pœnitentiam, humilitatem, timorem, vigilantiam.

Nuſquam enim & nunquam tuti ab exitio divinitus ob peccata decreto.

Ante lectionem Epiſtolæ in ſacris hoc die pronuncietur Collecta.

Wy hebben geſündiget mit vnſen Vedern. Wy hebben mißgehandelt vnd ſind Gottloß geweſen.

Allmechtige / vnwandelbare / rechtuerdige Herr vnd Gott / wy dyn arme geſchep erſchinen

ſchinen vor dinem Hilligen Angeſichte / mit vnſem demödigen Gebede vnd hertliken ſüfften / in warer angſt vnd rüw wegen vnſer veluoldigen begangenen ſünden vnd woluordenten ſtraffen: Wy weten vnd erkennen/ dat du alſe de HEre vnſe Godt dorch dine ſtemme dinen willen vns heffſt geapenbaret/ vns dyn hillige geſett / dine gebade vnd rechte gegeuen / darna wy vns in allem vnſem don vnd laten / gantzem leuen vnd ampt ſchölen vorholden / mit worden / wercken / gedancken / thoneging vnd gantzer natur / dat wy jo nicht vorwenden könen / dyn wille ſy vns vorborgen vnd vnbekandt geweſen: Wy bekennen auerſt vnd beklagen van herten ane hüchely/ dat wy diner ſtemme nicht gehorckt/ dine gebade vnd rechte nicht geholden/ dinen willen nicht gedan noch vulbracht / ſonder vntelliker wiſe dine gebade vorlaten / dine rechte auertreden / vnd dy vortörnet / alſo dat wy vormöge diner hüdigen dröuwinge mehr den genoch werdich ſyn vnd vordenet hebben / dat du vns de ſterffdröſe anhengeſt/ mit Peſtilentz vnd allerley vngelück heimſochſt / vnd vns vordelgeſt in dem lande dar in du vns wanen leſt: Wy bidden auerſt o

gne-

gnediger Herr / vnſe getrüwe Gott vnd Vader / ſüh nicht an vnſe vordenſt / ſondern ſy vns gnedich vnd barmhertich / lindere dinen torn vnd ſchone vnſer vederlick / nim van vns de woluorſchüldede Rode der Peſtilentzien / vnd dergeliken ſtraffen / gyff vns dine gnade / dat wy vns hernahmals mit ernſte beteren mögen / diner als vnſes Herren vnd Gades ſtemmen gehorſam ſyn / alle dine gebade vnd rechte holden vnd don / vp dat wy diner gnedigen hülpe vnd güde hyr tydtlich vnd dorth ewiglich geneten mögen / vmme des vullkamen gehorſams hilligen blodes vnd vnſchüldigen dodes dines eingebarnen Sönes Jeſu Chriſti willen / Amen.

Epiſtolæ loco more recepto legatur textus pro concione explicandus.

Evangelii loco pronuncietur Hiſtoria de peſte deſcripta 2. Sam. 24. Si nimis prolixa videbitur lectio, poſſunt omitti inter legendum nonnulla quæ ſunt à v. 2. uſq; ad 9. incluſivè.

Preces finitâ concione poſt Litaniam ſingulis his diebus dicendæ.

Fer. 1.

Rope my an ſpricket de Here in der noth.

So

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

So wil ick dy erredden / vnd du ſchalt my pryſen.

Fer. 2.

De Here js na allen de en anropen.
Allen de en mit ernſt anropen.

Fer. 3.

Gnedich vnd barmhertich js de Here.
Gedüldich vnd van groter güde.

BArmhertige / Getrüwe / allerleſte Hemmelſche Vader / de du vns in aller jegenwerdigen vnd vorſtahenden noth dy anthoropen befahlen / ock ommt dines eingebarnen leuen Söns Jeſu Chriſti willen gnedige erhöringe thogeſecht hefft: Wy bekennen dy vnſe veeluoldige ſünde / darinne wy entfangen vnd gebaren ſyn / ock de wy dachlick begangen hebben / vnd darmit dinen rechtuerdigen thorn vnd allerley ſtraffe / tydtlick vnd ewig vordarff gar wol vordenet. Wy bidden duerſt o allerleueſte Godt vnd Vader / du woldeſt vmme Jeſu Chriſti willen vns gnedich vnd barmhertich ſyn / den woluordeneden thoin linderen vnd affwenden / vnd in diſſen ſorchliken tyden vor allerley vngelücke vnd vnheyl vns behöden. Erholt o HErre dine hillige Chriſtlike Kercke / vnd dines wor-

des

des warheit / beſchütte vnſe gnedigſte vnd gnedige Auericheit / ſampt eren vorordenten Reden / trüwen Denern / vnd gehorſamen vnderdanen / ſegene dat Hußregimente / vnd fordere de Chriſtlike Kindertucht / gyff frede / geſundtheit vnd dat dagelike brodt: Behöde vns vor falſcher Lehre / krych / Peſtilentz / düreer tydt / Füres vnd Waters nodt / vnd allen woluordeneden plagen: in dine Vederlike beſchüttinge beuehlen wy vns ſemptlick van herten / an lyff vnd ſeele / gudt vnd ehren / vnd allem wat du vns Vederlich hefſſt gegeuen. Sy gnedich O Here / ſy gnedich / lath o Here dyn Angeſichte rycklick auer vns lüchten / dat wy dine Vederlike hülpe ſehen vnd mercken / vnd diner gnedigen jegenwerdicheit vns jümmer mögen van herten erfröuwen / vnd dy als vnſen Barmhertigen Godt vnd Vader ewichlick lauen vnd pryſen / dorch dinen enigen allerleueſten Söne Jeſum Chriſtum vnſen Heylandt vnd HEren / Amen.

Pſalmi ante & poſt Concionem una cum Litania pro cujuſlibet loci ratione cantentur:

Ach Gott van Hemmel ſüh darin.
Waket vp gy Chriſten alle ſydt nüchtern etc.
Jdt wolde vns Godt gnedich ſyn.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

4. Buch Mos. 14.

VND der HErr ſprach zu Moſe / wie lange leſtert mich das Volck? vnd wie lang wollen ſie nicht an mich gleuben / durch allerley zeichen / die ich vnter jhnen gethan habe? So wil ich ſie mit Peſtilentz ſchlagen vnd vertilgen / vnd dich zum gröſſern vnd mechtigern volck machen / den dis iſt.

Moſe aber ſprach zu dem HErrn / So werdens die Egypter hören / den du haſt dis volck mit deiner krafft mitten aus jhnen gefüret / vnd man wird ſagen zu den Einwonern dieſes Landes / die da gehört haben / das du HErr vnter dieſem volck ſeieſt / das du von Angeſicht geſehen werdeſt / vnd deine Wolcke ſtehe vber jnen / vnd du HErr geheſt für jhnen her in der Wolckenſeule des tages / vnd Fewerſeule des nachts / vnd würdeſt dis volck tödten wie einen Man / So würden die Heyden ſagen / die ſolch geſchrey von dir höreten / vnd ſprechen / der HErr kundte mit nichten das volck ins Land bringen / das er jnen geſchworen hatte / darumb hat er ſie geſchlachtet in der Wüſten.

So laß nu de krafft des HErrn groß wer-

den / wie du geſagt haſt / vnd geſprochen / der HErr iſt gedültig vnd von groſſer Barmhertzigkeit / vnd vergibt Miſſethat vnd vbertrettung / vnd leſſet niemand vngeſtrafft / ſondern heimſucht die Miſſethat der Väter vber die Kinder ins dritte vnd vierde Glied. So ſey nu gnedig der Miſſethat dieſes Volckes / nach deiner groſſen Barmhertzigkeit / wie du auch vergeben haſt dieſem volck aus Egypten biß hieher.

Vnd der HErr ſprach / Ich habs vergeben / wie du geſagt haſt.

Lineamenta tractationis.

Audivimus heri Moſen autoritate divina comminantem populo Iſraëlitico delinquenti adverſus Dominum Deum ſuum, peſtem ad internecionem uſq; ſævituram.

Sequitur non incommodè lectio hodierna Exemplum proponens ſpeciale comminationis ob certum delicti genus, factæ ab ipſo Deo, qui tamen intercedentibus Moſis precibus iram clementer mitigat, & malum avertit.

Primum Membrum.

Initio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Initio autem bey den worten: Vnd der HErr ſprach zu Moſe conſiderandum venit, quid Deum benigniſsimum ad ſeveriſsimum hoc decretum edendũ permoverit, & quodnam fuerit populi peccatum.

Repetite hiſtoriam præcedentem in Cap. 13. & initio 14. quam ob prolixitatem non aſſcripſi.

Mittuntur autoritate Dei duodecim ex tribubus totidem delecti primores ad explorandam terram Cananæam, cum mandatis eam ad rem pertinentibus.

Eunt, mandata faciunt, redeunt, de fructibus afferunt, rationem regionum & habitatorum referunt.

Inter alia autem decem exploratores populo metum incutiunt, urbium munitiones, incolarum copiam, robur & gigantea corpora prædicantes, atq; ita populares ab adeunda poſſeſsione terræ deterrentes.

Ibi vero populus murmurare, mortem ſibi optare, Deum quodammodo in jus vocare, rationemq; cur ipſos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

eo abduxerit poſtulare, & haud obſcurè ipſum aut impotentiæ, aut imprudentiæ, aut deniq; perfidiæ inſimulare; de capite inſtituendo, quo duce in Ægyptum revertantur conſpirare, de lapidandis Moſe & Aarone ſedare tumultum volentibus deliberare &c.

Gloria itaq; Jehovæh ſingulariter in tentorio conventus ante oculos Iſraëlitarum omnium ſe patefaciens, & inſanos illorum furores compreſsit, & ſententiã adverſus populum murmurantem de illo peſte exterminando tulit.

Hæc ſumma eſt hiſtoriæ.

Perpendamus jam quale fuerit hoc Iſraëlitarum peccatum, quo motus Deus &c. nimirum non exiguum ſed eximium, non ſimplex, ſed multiplex.

Concurrunt hic
horrenda diffidentia,
extrema impatientia,
execrabilis blaſphemia,
turpiſsima ingratitudo,
incredibilis oblivio præteritorum,
ſtupen-

ſtupendus contemtus Dei,
prodigioſa tentatio Dei,
intolerabilis ſuperbia,
infanda adverſus Deum indignatio, fremitus, murmur,
deteſtanda inobœdientia,
atrox ſeditio inſurgens adverſus Duces divinitus conſtitutos,
beluina feritas, rabies, furor,
& alia multa, ſi accuratius cogites.

In hac congerie peccatorum nullum eſt quod non Deum graviſsimè ad iram inflammet.

Expende ſigillatim.

Quid vero hæc ad nos? Mirum non eſt tam triſte tuliſſe Deum adverſus tot tantaq; peccata decretum. Nos vero eorum rei non ſumus.

Revera ita cogitamus hanc ſimilesq; hiſtorias audientes vel legentes.

Utinam vero non ſimus.

At quando ipſi nos excutimus ad trutinam Legis, nihilo nos illis meliores revera deprehendimus.

Inſpiciamus ſingulos ordines, vitæ genera, auditores &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Nemo ſibi blandiatur.

Nullum ſane inter hæc peccata occurrit, cujus non ſinguli rei peragi jure divino poſsimus.

Nec diſsimulanda alia præter hæc apud nos frequentiſsima.

Agnoſcamus, doleamus, nec mirum putemus aut adverſus DEum murmuremus, ſi eandem contra nos ſententiam in ira ſua juſtiſsima ferat.

Secundum.

Sequitur oratio Dei ad Moſen trimembris.

Primum conteſtatio eſt ſeu querela meritiſsima de indignitate facti Iſraëlitarum.

Attendamus ad voces.

Wie lang. Notatur hominum in peccatis indies magis magisq; continuandis impia perverſitas, & Dei in illis diutiſsimè tolerandis paterna longanimitas.

Leſtert mich. Paucis multa complectitur ut ſupra. Cuilibet peccato minimo maximo ineſt contemtus & dehoneſtatio, ut ita dicam, gloriæ Dei, major, minor.

Sicut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Sicut contra. Nota: demonſtra.

Daß Volck. Exaggerat Deus. Exaggera & tu. Quis ille populus, quibus modis à Deo ornatus &c.

2. Vnd wie lang. Abermahl wie lang. Wollen ſie nicht an mich gleuben/ nec promiſsionibus nec comminationibus meis fidem habentes.

Durch zeichen quibus meam præſentiam quotidie oſtendi.

Allerley non unius generis, ſed multifariam multiplicia.

Die ich Deus loquens cum populo meq; illi patefaciens.

Vnter jhnen non in regione aliqua procul diſsita, verum ante oculos interq; manus.

Gethan habe. Non ſimpliciter promiſi me facturum, ſed jam feci.

Secundum: ipſa judicii & ſententiæ pronunciatio: So wil ich. Ego ille ipſe qui tam præclarè de hoc populo ſum meritus, qui tam paternè illum habui &c.

Sie mit Peſtilentz ſchlagen. Nota Peſtilentz iſt ein ſchlagen Gottes. Heri anhengen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Hic ſchlagen. Peſte laborare eſt Deo vapulare: Peſt Gotts ſchlag.

Vnd vertilgen. Heri.

Tertium: promiſsio Moſen ſpectans: Vnd dich zum gröſſern vnd mechtigern Volck machen den dis iſt.

Habet Deus rationem ſuorum fidelium.

Poteſt, quos vult, ſervare,

Poteſt nihilominus uno hoc vel illo populo deleto promiſsionem ſuam præſtare, poteſt ſubito aliam familiam multiplicare, nec eſt ad unam gentem nedum hominem, pagum, urbem, alligatus.

Applicemus hæc.

1. Plurima inter nos quoq; Deus omnibus ætatibus ſigna edidit, maximis beneficiis nos affecit &c.

2. Nos contra infinitis ſceleribus illum offendimus, nomen ipſius prophanavimus, verbis ipſius fidem non habuimus &c. oſtende ſpeciatim.

3. Connivet Deus diutiſsimè converſionem expectans, ſed maximam partem fruſtra.

4. Juſtè

4. Juſte igitur de nobis queritur & expoſtulat. Atq; ut hic dicit: **Wie lang etc. das Volck etc.**

Jta hodie: **Wie lang etc. das Volck im Lande Schleßwick/ Holſtein/ an dem Hofe/in der Statt/ an dem ort/zur Marſch/ zur Geeſt etc. dis volck etc.** Idem enim eſt Deus, idem verbum, eadem juſtitia, idem judicium &c.

5. Sequetur itaq; eadem pœna, **Gott wirt vns ſchlagē mit Peſtilentz** aliisq; ſuppliciis **vnd vns vertilgen.** Partim jam immiſit has plagas, partim in procinctu habet.

6. Neq; vero putemus, Deum non habiturum cultores aut Eccleſiam, utut maximè nos deleamur. Ex lapidibus enim &c. Mat. 3.

7. Maturè igitur tantis malis medeamur, verâ pœnitentiâ, ſeriâ emendatione, ardenti deprecatione &c.

Tertium.

Quid ad hæc Moſes? Moſes, inquam, tam graviter in hoc ipſo actu à populo offenſus, cum vitæ etjam diſcrimine conflictatus?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Intercedit pro populo & pœnam dictam deprecatur, rationibus uſus accommodatiſsimis.

1. So werdens etc. Argumentum deprecationis primum, ductum ab adverſariorum perſona, ne gloriam Dei proterant, ſumpta occaſione ex populi illius excidio.

Etſi populus dignus qui puniatur: nomen tamen tuum indignum, cui detrahatur.

Gentes aut impotentiã aut ſævam tyrannidem interpretabuntur ignaræ veræ cauſſæ.

2. So las nu die krafft etc. Secundum à naturâ, fœdere gratioſo & promiſſione ſeu declaratione ipſius Dei.

Attende diligentiſsimè ad voces illas dulciſsimas quibus hic utitur.

3. Ne quis tamen abutatur hoc Evangelio, addit: Vnd leſſt niemand vngeſtrafft / ſondern etc.

Ita enim Deus langanimis eſt, & multæ miſericordiæ, ut juſtitiæ contra præfractos minimè renunciet.

4. So ſey nu gnedig. Propoſitio petitionis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tionis. Expende ſingulas voces.

5. **Wie du auch vergeben haſt etc.** Tertia ratio eſt ab antecedentibus operibus & exemplis miſericordiæ, quam in ſuum illum populum jam multoties impenderat.

Uſus. 1. Quid nobis faciendũ quid conſilii capiendum audientibus quotidie ſeveriſsimas Dei comminationes? Orandum humiliter. Intercedamus pro aliis laborantibus, interceſſiones aliorum poſcamus pro nobis, ſimul ipſi pro nobis indeſinenter ſupplicantes.

2. In precibus filiali reverentia adhibenda eſt mentio cauſæ finalis exauditionis & liberationis: nimirum ne præbeatur Diabolo & Eccleſiæ hoſtibus occaſio blaſphemandi nomen Dei, & clamandi, Deum inane nomen eſſe, non eſſe illi curæ Eccleſiam: falſam eſſe doctrinam, falſas promiſsiones, aut Deum non ita potentem ut præſtare promiſſa, nosq; eripere &c. poſsit.

3. Quin petamus, ut majeſtatem

poti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

potius ſuam evidenti liberatione ſui populi toti generi humano oſtendat: ut ipſius fortitudo magna, hoc eſt, præſentia, veritas, bonitas, ſapientia, & omnipotentia in genere humano conſpiciatur, agnoſcatur & celebretur.

4. Firmiter in precibus, hiſce Dei proprietatibus, quibus ipſe ſe nobis deſcripſit, innitamur, quod ſit tardus ad iram, multæ miſericordiæ, remittens iniquitatē & peccata, idq; propter Chriſtum unicum propitiatorē.

5. Neq; tamen ad peccandi licentiam illis abutamur, cum etjam juſtus ſit, qui neminem ſinat impunitum, viſitans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

6. Peccata itaq; noſtra minimè diſſimulemus, ſed cum Moſe diſertis verbis confiteamur nos iis multipliciter pollutos.

7. Ad clementiam vero Dei confugiamus, petentes das er propter ſatisfactionem Filii gnedich ſein wolle vnſer Miſſethat nach ſeiner groſſen Barmhertzigkeit.

8. Si-

8. Simul beneficia præcedentia & liberationes totius vitæ decurſu divinitus nobis præſtitas & Deo & nobis filiali gratitudine, debitâq; humilitate & fiduciâ in mentem revocemus.

Exerce te in his ſtudiosè.

Quartum.

Conſequens eſt, ut Dei quoq; reſolutionem ad Moſis interceſsionem audiamus: **Vnd der HErr ſprach / Ich habs vergeben / wie du geſagt haſt.**

Aſſentitur ergo deprecationi Dominus. Etſi enim juſtitiæ ſuæ ſe rationem habiturum dicit, ut legere eſt in ſequentibus: iram tamen miſericordiâ temperans internecionem hanc & exterminationem populi ſubitaneâ peſte ſtatutam clementer tollit.

Ponderentur verba.

Uſus. 1. Certo audit Deus preces noſtras pro nobis aliisve in nomine Mediatoris effuſas.

2. Neq; vero tantum audit, ſed & dicto citius exaudit & propter Chriſtum veniam ſpondet. ut hic dicit: **Ich hab es vergeben.**

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

3. Quæ Dei indulgentia & remiſsio fons & origo eſt omnium bonorum, ut offenſio malorum.

4. Wie du geſaget haſt. Vide inexplicabilem Dei bonitatem, non aliter ac ſi homo patiatur ab homine ſtatis certisq; verbis ſibi præſcribi, quid velit fieri. Fiat tibi ſicut vis, ad Cananæam. Facit voluntatem timentium ſe.

5. Sæpe tamen non omnis omnino pœna tollitur, ut hiſtoria hæc in conſequentibus oſtendit, cujus plurimæ ſunt cauſſæ & Dei & noſtri reſpectu.

6. Experientia piorum communis & ſpecialis luculentus eſt in hæc omnia commentarius.

Si cogitando piè his indulſeris, ſylvam doctrinæ neceſſariæ inveneris.

Collecta ante Epiſtolæ lectionem.

HEre handele nicht mit vns na vnſen Sünden.

Vnd vorgelde vns nicht na vnſer Miſſedadt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

BArmhertige Godt/ Hemmelſche Vader/ wy bekennen dy auermål van grund vnſers Herten vnſere veluoldige auertredinge vnd Miſſedådt / dat wy nicht weiniger den dat Volck Iſrael vntellÿker wyſe dyn gebott auertreden / vnd vns jegen dy vorſündiget/ mit allerley vngehorſam/ murren/ vngedult/ vndanckbarheit/ Mißtrůwen/ vngerechtichheit / hadt/ nidt/ fiendſelicheit / vnd dergeliken groten ſünden / darmit wy dy beleidiget / ja geleſtert vnd tho billigem torn bewagen/ vnd genochſame orſake gegeuen hebben / dat du vns mit Peſtilentz vnd andern grůwliken ſtraffen ſchlan vnd vordelgen móchteſt. Wy bidden auerſt O gnedige Godt gůdige Vader / ſchone vnſer vmme dines hilligen Namens ehre willen / dat dine Kercke vor vnd vor manck vns geſamlet vnd erholden werde / vnd nicht de důuel / Godtloſe welt / vnd vngelóuige Vólcker dine ehre vnd Kercke ſchmehen vnd hónen: Lath dine gnedige Maieſtet krafft vnd hůlpe by vns groth werden/ alſe du thogeſecht vnd vorheten heffſt / dat du gedůldich ſyſt vnd van groter Barmhertichheit / vnd vorgeueſt Miſſedadt vnd auertredinge: So handele nu mit vns na ſolcker di-

ner

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ner gedult / lanckmödicheit vnd groter barmhertic heit / ſy gnedich der Miſſedadt dines Volckes na diner groten Barmhertichheit / alſe wy nicht twyuelen du werdeſt vnſe Gebett erhören vnd vnſere ſünde vorgeuen / vmme dines leuen Söns JEſu Chriſti willen: Vorlene vns ock dine gnade dat wy henförder vnſe leuent beteren vnd ſtedes bedencken / dat du ock ein Rechtuerdiger vnd Iueriger Godt biſt / de nemand vngeſtrafft leth / ſondern heimſocht de Miſſedadt der Veder an den Kindern int drüdde vnd veerde Gelidt / vp dat wy je vñ allewege in diner frucht vns vorholden vnd dorch Chriſtum ewig Salig werden / Amen.

Epiſtola textus explicandus.

Vice Evangelii ſit hiſtoria de Hiskia Eſaiæ 38. aut tota, aut aliqui illius capitis verſiculi prudenter excerpti.

Poſt Litaniam repetantur preces ſupra poſitæ: Barmhertige etc.

Vth deper noth ſchrye ick tho dy.
Erbarm dy miner o HEre Godt.
Godt de Vader wahn vns by.

Tex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

TEXTUS FER. LItan. 3. proponendus, 2. Chron. 7.

DEr HErr ſprach zu Salomo. Sihe wen ich den Himmel zuſchlieſſe / das nicht regenet / oder heiſſe die Heuwſchrecken das Land freſſen / oder laſſe eine Peſtilentz vnter mein Volck kommen / das ſie mein Volck demůtigen / das nach meinem Nahmen genennet iſt: vnd ſie beten / vnd mein Angeſicht ſuchen / vnd ſich von jhren böſen wegen bekeren werden. So wil ich vom Himmel hören / vnd jhre Sünde vergeben / vnd jhr Land heilen.

Sciographia explicationis.

Hæc verba pars ſunt clementiſsimæ reſponſionis Jehovæh ad ardentiſsimam precationem Salomonis effuſam in dedicatione templi Hieruſolymitani recens extructi.

Legatur hiſtoria 1. Reg. 7. 8. 9. 2. Chron. 5. 6. 7.

Continent autem utilem & jucundam repetitionem & ἀνακεφαλαίωσιν præcipuarum doctrinarum heri & nudiuſtertius propoſitarum, quas

vos diligenter perpendiſſe, & con-
ſtanter meminiſſe confido.

I.

Initio autem commemorat hiſce verbis omnipotens Deus tria pœnarum communium genera, quibus propter peccata in homines animadvertere ſolet.

Primum genus eſt ſterilitas terræ negatis pluviis inducta. Siehe wen ich den Himmel zuſchlieſſe das nicht regenet.

Quam ſint pluviæ tempeſtivæ ad irrigandum & ipſam terram, & illa quæ ex terra naſcuntur prorſus neceſſariæ, quam utiles, locis præſertim & temporibus calidioribus & ſiccioribus: contra quam ſit nimia ſiccitas noxia, quantaq; inde exiſtant mala, quis eſt qui ignoret?

Unde igitur utrumq;? à Domino.

Is benignè terram irrigat & fœcundat, ut habent promiſsiones paſsim repetitæ, quibus oſtendit ſe etjam iſto bono piis benedicturum:

Ille idem propter peccata pluvias negat, terram exſiccat, & ſterilita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tem atq; inde conſequentem famem inducit.

Legite dicta & hiſtorias Lev. 26. Deut. 11. & 28. 1. Regum 8.17.18. Job. 5.28.38. Es. 5.30.55. Jer. 14. Hoſ. 6. Amos 4. Zach. 10.

Illius eſt opus cœlum claudere, ne pluviæ fluant: & rurſus cœlum reſerare, ut imbres ruant.

Repete ex ſuperiorum annorum concionibus.

Nos Dei providentiam agnoſcamus, ab ipſo & ſterilitatem & fœcunditatem pendere ex animo ſtatuamus, experientiam noſtram in utramq; partem conſulamus, Dei pręſentiam & judicium ſuſpiciamus, recteq; hæc omnia uſurpare diſcamus.

Secundum eſt immiſsio locuſtarum aliarumq; id genus beſtiolarum, depaſcentium fruges, & quicquid vel in agris, vel in hortis, vel in pratis, vel in ſylvis uſui hominum accommodatum enaſcitur. Textus: oder heiſſe die Heuwſchrecken das Land freſſen.

Hoc quoq; malum & magnum &

non rarum eſſe, teſtis eſt experientia vel paucorum annorum etjam apud nos.

Quis illius author? Jehovah. Ille peccatis offenſus præcipit locuſtis, ut devorent terram, hoc eſt, abſumant virentia, florentia, ſpem fructus oſtendentia.

Conferte Exod. 10. Deut. 28. Jud. 6. 1. Reg. 8. 2. Par. 6. Pſal. 78. 105. 109. Joel. 1. 2. Amos 4. 7.

Obſervate notabilia verba: **GOtt heiſſet die Heuwſchrecken das Land freſſen.** Sunt ergo locuſtæ & ſimilia animalcula Dei inſtrumenta, miniſtri, mandatarii, accipientes à Deo mandatum, iſtâ vel iſtâ terrâ tale quid exequendi.

Vide potentiam Domini Zebaoth, qui omnes creaturas in vindictã malorum, ut & tuitionem bonorum, cum mandatis ablegare poteſt.

Vide obœdientiam omnium creaturarum, quæ ad nutum Deo præſto ſunt, ad audienda & exequenda ejus juſſa.

Neq;

Neq; vel plus vel minus facere poſſunt. Sie haben jhren gemeſſenen befehl.

Videns igitur beſtiolam inſidere arboribus, frugibus, radicibus &c. cogita: Ecce tibi Dei legatum cum mandatis.

Tertium peſtis eſt: oder laſſe ein Peſtilentz vnter mein Volck kommen.

Eſt hæc una ex præcipuis flagellis Dei.

Woher kompt ſie? Gott leſſet ſie kommen/ Deus eam mittit & immittit. Confer voces: anhengen: ſchlagẽ: kommen laſſen. Collatio illa non prorſus nihil monet.

Wohin leſſet ſie Gott kommen? vnter ſein Volck. Duo inde diſcite.

1. Non parcit Deus populo ſuo peccanti, quin potius tanto durius tractat, quanto majoribus beneficiis illum affecit.

2. Etiam populum illũ, quem Deus caſtigat, ſuum populum appellare non dubitat.

Ergo etjam in pœnis nos habet pro populo ſuo. Ergo etjam in pœnis non deſinit noſter eſſe Deus. Ergo etjam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

in pœnis benè de illius bonitate ſperare debemus. Ergo etjam in pœnis illum noſtrum Deum invocare poſſumus. Si tamen pœnitendo ad illum nos convertimus, à quo delinquendo nos avertimus, ut noſter fiat, quem non noſtrum fecimus, quoad nos.

Tantum de triplici hac pœnarum claſſe, quibus Deus filios ſuos immorigeros ſe caſtigare ſolere oſtendit.

Pertinent huc cæteræ quarum alibi ſcriptura mentionem facit.

Singula ad nos applicemus, quæ nos hactenus exceperint conſideremus, & quomodo piè iis uti conveniat cogitemus.

II.

Quo fine autem immittuntur à Deo tam eximia mala? Nunquid delectatur afflictione ſui populi? **oder was ſollen ſie ausrichten?** Reſp. Deus: **das ſie mein Volck demütigen / das nach meinem Nahmen genennet iſt.**

Unicè Deus humilitate delectatur, quod paſsim ſcriptura docet: Et ea quidem omni, maximè autem ea, qua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

coram ipſo nos humiliamus, iram ejus filialiter metuimus, corruptionem noſtram agnoſcimus, ſpiritū contritum & cor anxium gerimus, & omni contentione id operam damus, ut reverenter et humiliter ſemper de ipſo ſentiamus, loquamur, omnibus vitæ & officii conſiliis & actionibus humilem erga DEum animum reipſa demonſtremus.

Hanc inquam humilitatem maximè Deus probat. Eſ. 57. Pſal. 51.

Jam vero naturâ talis humilitas longiſsimè à nobis omnibus abeſt. Nos miſeriam noſtram non perpendimus, Dei majeſtatem non ſuſpicimus, ſpiritus altos & cor elatum gerimus, peccati gravitatem deſpicimus, peccandi occaſiones non fugimus, comminationes ſcripturæ ſuperbè negligimus, iræ divinæ ſeveritatem ſupinè contemnimus, atq; ita ſuperbiâ quadam innatâ (quæ omni ineſt peccato) contra Deum delinquimus, transgreſsiones noſtras pingimus, & tantum non bellum Deo indicimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Confer. Exod. 10. Lev. 26. Pſal. 17. Eſa. 5.

Eo igitur fine pœnæ & caſtigationes immittuntur, ut corda noſtra elata frangantur, ſuperbia dejiciatur, & criſtæ deprimantur.

Vide Lev. 26. Deut. 8. Ruth. 1. 2. Sam. 22. Pſal. 17. 18. 55. Eſai. 5. 13. Dan. 4. Hos. 5. 7. Nahum. 1.

Agnoſcit hoc David. Pſal. 119.

Humiliatiò hæc quomodo præcipuè exercenda in ſequenti membro videbimus.

Qui autem ſunt ii, quibus humiliandis pœnæ ſervire debent? Reſp. Deus: Mein volck / das nach meinem nahmen genennet iſt.

Ergo etjam Dei populus à nomine Dei denominatus laborat carnali illâ ſuperbiâ & ſecuritate. Ergo etjam ille ipſe populus ſuperbiâ elatus Deum ſuum contemnit & offendit.

Ergo etjam ille ipſe Dei populus humiliatione opus habet ut in ordinem redigatur. Rumina has voces: 1. Mein Volck. 2. das nach meinem nahmen genennet iſt.

Habes

Habes igitur hoc membro ſecundo cauſſam finalem & ſcopum caſtigationum divinarum. Habes quo animo, quo conſilio Deus ſuum populum corripiat. Non affligimur ut pereamus ſed ut humiliemur. Applica.

Quid ergo humiliatis faciendum? Audi.

III.

Vnd ſie beten vnd mein Angeſicht ſuchen/ vñ ſich von jren böſen wegen bekeren werden

Conſidera Dei clementiſsimi bonitatem inexhauſtã ſuapte ſponte conſilio ſalutari nos inſtruentis, quid à nobis velit fieri propter peccata caſtigatis. Audi Deum propter Deum, ut te Deus audiat propter Deum.

Ad duo illa breviſsimè revocantur.

1. **Beten.** Hic repete doctrinam de invocatione: quare, quomodo, quando, qua fiducia, qua inſtructione orandum, quid petendum.

Fiant preces publicè & privatim. Publicè in omnib. congregationibus Eccleſiaſticis: tum præcipuè hiſce ſupplicationum diebus. Privatim ſingulis momentis & ſuſpiriis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Licet itaq;, imo neceſſe eſt petere à Deo non tantum bona ſpiritualia, ſed & corporalia, liberationẽ ex malis corporalibus, etjam ex iis pœnis, quas Deus inflixit.

Huc mandata: Huc promiſſa: Huc Exempla.

Idem alia phraſi effert: vnd mein Angeſicht ſuchen.

Angeſicht. Facies Dei in ſcriptura ſignificat ſæpius ipſum Deum, ejusq; favorem & benignitatem. Exquirere ergo faciem Dei eſt humilibus & ardentibus precibus ad Deum tanquam ad ſervatorem & patrem ſerio confugere. Non ergo pœnis fatigati à facie Dei faciem noſtram avertamus, ſed potius ad illam convertamus. Id enim quærit, id præcipit, id requirit Deus.

Mein. Mediorum legitimorum uſus vetitus non eſt. At inter & præter & ſuper hæc omnia ſemper ad benigniſſimam Dei faciem reſpiciamus: Sicut ſolet filius patrem, mendicus divitem intuendo admonere, quid ſibi velit.

Such-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Suchen. videtur enim quaſi abſcondere faciem ſuam Deus in pœnis. Et merito. Peccata enim divortium faciunt inter nos & Deum noſtrum.

Quærenda igitur eſt facies Domini, ſeria & ardenti invocatione. Nec prius deſiſtendum à precibus quam Deum invenerimus.

Obſervate dulciſsimã hanc & nervoſiſsimam deſcriptionem veræ invocationis. Orare eſt faciem DEI quærere.

Sequamur nos hanc Dei informationem promtiſsimè.

2. vnd ſich von jhren böſen wegen bekeren werden.

Quia enim in peccatis perſeverantes Deus non exaudit, Leſt ſein Angeſicht von jhnen nicht ſinden / agenda ſerio pœnitentia eſt, ſi preces Deo gratas, nobisq; ſalutares effundere volumus.

In converſione tres ſunt Termini attendendi: à quo, per quem, ad quẽ.

Terminus ad quem jam fuit nominatus.

Terminus per quem qui eſt Meſsias

Jeſus

Jeſus Chriſtus omnib. ejuſmodi concionibus reipſa ineſt.

Terminus à quo hic exprimitur. **Von jren böſen wegen.** Perpende. 1. quid via. 2. quid noſtra malą via. Huc totus Decalogus. Huc totus homo, qui totus inverſus eſt Decalogus.

Bekeren. In viis illis noſtris malis non eſt pergendum: ſed retrorſum eundum, viæ illæ malæ relinquendæ, ad illum eundum, quem deſervimus, Deum inquam, & ad viam illam redeundum, à qua diſceſsimus, nimirum ad viam Dei bonam.

Locupletiſsimus hic eſt doctrinæ variæ cumulus ſigillatim evolvendus

Huc tota doctrina de converſione.

Ita ergo nos comparemus.

Neq; fiet hoc fruſtra. Sequitur enim: IIII.

So wil ich vom Himmel hören / vnd jhre ſünde vergeben vnd jhr Land heilen. Qualem ſe Deus ſerio invocantibus, ob peccata pœnitentibus, ex fide vitam emendantibus, veroſq; pœnitentiæ fructus proferentibus eſt exhibiturus?

1. So

1. So wil ich vom Himmel hören. Generalis promiſsio eſt exauditionis.

Ich wil hören. Non præbebo difficiles aures, non avertam me ab ipſis, ſed convertam, ſed advertam, ſed audiam, ſed exaudiam. Dulciſsima vox.

Vom Himme'. Majeſtatis divinæ argumentum, fidei noſtræ firmamentũ, conſolationis fundamentum.

Hic conſiderandæ ſunt promiſsiones reliquæ exauditionis indubitatæ.

2. Nunc in ſpecie promittit Deus quid ſit facturus ad preces converſorum.

1. Vnd jhre Sünde vergeben.

Vide cauſam omniũ malorum peccatum. Huc tota doctrina de Lege & peccato.

Vide unicum adverſus peccata remedium, nimirum, remiſsionem. Huc tota doctrina de Evangelio & gratuita hominis juſtificatione.

Hanc præcedere oportet ante levationem malorum.

Quis remittit? Deus.
Quid? peccata.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Quorum? pœnitentium & orantium, ut jam dictum.
Quæ? omnia. Indefinita enim eſt.
Quare? ex gratia. Ideo remiſsionis voce utitur.
Huc doctrina de Meſsia & mediatore noſtro tota.

2. Vnd jhr Land heilen. Removebo mala illa, quibus eorum regionem afflixeram.

Deus percutit, Deus ſanat. Deus vulnus infligit, Deus vulneri medetur. Deus gravat, Deus levat. Deus premit, Deus lenit. Ab ipſo pendent omnia.

Habetis promiſsionem de precum exauditione, peccatorum condonatione, malorum ablatione.

Huic innitamur toto pectore, nec patiamur latum nos ab illa unguem dimoveri. Quam verè enim Deus Deus eſt, tam vera hæc veritas Dei eſt, qui fallere nō poteſt, nec prius deſinit eſſe verus, quam deſinet eſſe Deus, quod ſimpliciter in omnem æternitatem eſt impoſsibile.

Gebett

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Gebett.

Godt ſy vns gnedich na diner Güde.

Vnd vordelge vnſe ſünde na diner groten Barmhertichheit.

ALlmechtige HEre Godt/ gnedige Vader/ wy dancken dy mit Kindtliken demödigen Herten / dat du vns hüden auermals dinen rechtuerdigen torn wedder vnſe Sünde/ vnd dine grote Barmhertichheit deſüluige tho vorgeuen leſt anmelden / dat du twar vnſe ſünde mit veluoldigen ſtraffen tho huß ſochſt vnd vns tüchtigeſt/ mit dürer tydt/ Peſtilentz vnd dergeliken plagen / nicht auerſt der meninge/ dat du vns willeſt vorderuen/ ſondern vp dat wy mögen gedemödiget werden / dinen torn vnd vnſe ſünde erkennen / dy als vnſen Godt vnd Vader kindtlick früchten vnd vor Ogen hebben : Lereſt vns ock / wo wy by ſolcker tüchtiging vñ demödiging vns ſchölen vorholden/ tho dy ſchryen/ vnd dyn angeſicht ſöken/ ock vns van vnſen böſen wegen tho dy bekeren : Vorheteſt darbeneuen / du willeſt/ wen wy ſolckes dohn / vam Hemmel hören / vnſe ſünde vorgeuen/ vnd vnſe Landt helen. Vorlehne o HEre Hemmelſche Vader / dat wy dit alles tho Herten nemen vnd vns recht hyr

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

in ſchicken / vor dinem thorn van herten vns früchten / dorch de woluordenede ſtraffe vns demödigen laten / in allen nöden van Herten dyn Angeſicht ſöken/ vnd vns van vnſen bö-ſen wegen bekeren / vnd vnſe ſündtlike Le-uende beteren: Erhöre vnſe Gebedt/ vorgyff vns alle vnſe sünde/ lindere dinen torn/ wen-de aff alle woluordenede ſtraffe/tröſte alle be-dröuede Herten / Sy vnſer gnediger GOtt vnd Vader nu vnd in ewicheit / vmme dines leuen Sönes JEſu Chriſti willen/ Amen.

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium hiſtoria Num. 21. init. à v. 4. fin. v. 10. incluſ.

Repetantur & hoc die poſt litaniam preces ſuperiores: Barmhertige/ rc.

Pſalmi.

Vader vnſe im Hemmelryck.

O HEre Godt begnade my.

Allein tho dy HErr JEſu Chriſt.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°